

3077.

1334 d. 15 Aug.

HOLMGER MAGNUSSON, CARL GUDSERKSSON m. fl. gifva sina häradslotter vid Munkaos qvarn till Nydala kloster.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, HOLMGERUS MAGNUSSON, KAROLUS GUDHSERKSSON, JOHANNES SUNASSON, KAROLUS THORISSON, ERICUS dictus BOSE, et, HERGERUS JOARSSON, salutem in domino sempiternam, Presenti littera recognoscimus protestantes, nos omnes partes possessionum vnius cuiuslibet nostrum de häraelzatum, que juxta molendinum quod munka oos dicitur, sunt situate, et quas veraciter possidemus, monasterio nydal, et monachis ibidem deo famulantibus, in nostrorum remissionem peccatorum, cum omni legum plenitude, rite et legittime contulisse, jn predictum monasterium, ac monachos ibidem commorantes, plenariam jurisdiccionem predictas partes possessionum nostrarum, pleno jure perpetuo possidendi, transferentes, Omnes quidquam amore nostri facere vel omittere volentes, vt ipsis sint fauorabiles, in premissis, supplicamus, jn quorum euidenciam Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>, III<sup>r</sup>, die assumpcionis beate virginis, sigilla nostra presentibus sunt appensa.

På frånsidan: Haralsluthum iuxta munkaoos.

Alla sigillen borta; de flesta remsvorna qvar.

3078.

1334 d. 22 Aug.

MARQWARD af Kyrr erkänner, att Israel Birgersson betalt 450 mark silfver, Kölnisk vigt, på den utlofvade lösen för Skåne, för hvilken han varit löftesman.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus MARQWARDUS de kyrræ salutem in domino sempiternam Tenore presencium recognosco, me a viro nobili jsraele birghirsson presencium exhibitore quatringentas quinquaginta marchas puri juxta pondus coloniense, de argento, pro empacione terre skanie expromisso, pro quo eciam ipse obses expositus erat, integraliter subleuasse, pro quibus ipsum et heredes suos liberos dimitto penitus et quittatos Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup> quarto jn octaua assumpcionis beate virginis.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.